

torferit, jubetur restituere, nulla super hoc remissione valitur...

XXIX. Secunda causa hominem a restitutione liberans etiam omnino est compensatio...

XXX. Tertia causa omnino excusans a restitutione est, si id, quod debet Petro, solvas ejus certo creditori...

XXXI. Quarta causa peccatis a restitutione excusans est interitus rei, quae erat restituenda in specie...

XXXII. Quinta causa excusans est cessio bonorum creditoribus. Haec tamen, ut in conscientia excuset, debet esse sincera...

XXXIII. Sexta causa excusans est ingressus in Religionem. Si enim quis, ante alienum gravatus, cui solvendo impar est...

etiam per annos valde multos, aut per legibiles et injunctos, & fluxum suum dedecentes, cedat omnia bona sua creditoribus & Religionem ingrediatur...

Ut tamen obviam iret inconvenientibus, qui ex fraude, vel malitia hominum oriri poterant, & forte oriebantur...

XXIV. Alia causa a restitutione excusans asseri solent. Ut quando ignoratur dominus bonorum, quae restituenda sunt...

DUBIUM V.

Quo ordine faciendae sit Restitutio.

S. I.

Quia, secundum Jus Naturale, Ordo Servandus sit.

I. DE hoc agunt S. Antonin. 2. p. Summ. tit. 2. cap. 7. & Cajetanus in Summa, verbo Restitutio cap. 8. ex quibus sequentes regulae colligi possunt.

Prima. Si praesto sunt opes, quibus omnibus creditoribus possit satisfieri, nullus ordo in restitutione tenendus est...

II. Secunda. Ubi opes non sufficiunt ad solvendum singulis, prius debent certa debita restitui, quam incerta. Certa debita sunt, quae certo sciuntur deberi...

Adverte tamen, quod cum dicimus, debita certa prius esse solvenda creditoribus certo, quam incerta, quorum creditor restituitur, intelligendum est, nisi illa incerta adhuc extarent in sua specie...

III. Tertia regula est. Inter debita certa prius restituendum est, quod, cum sit alienum, adduc in sua specie extat, puta depositum, commodatum, furto, vel rapina ablatum...

IV. Quarta regula est. Inter debita incerta prius restituendum est, quod, cum sit alienum, adduc in sua specie extat, puta depositum, commodatum, furto, vel rapina ablatum...

que nunquam mutaverint dominum, eique proinde restitui debet.

Ad haec regulam reduci potest; quando res empta adhuc est penes emptorem, qui pro ea pretium non solvit...

IV. Quarta regula est. Prius restituenda sunt, quae injuste sunt acquisita, ut per rapinam, furum, vel usuram; quam ea, quae ex justo contractu debentur...

Secunda vero pars probatur ex S. Antonino. Tum quia major injuria est in rapina, & in furto, quam in usura...

V. Quinta regula ex eodem Sancto Antonino est. Quod prius restitui debent quaecumque certa debita, quam quaecumque ad causas pias legata, atque donata...

S. II.

De Ordine servando secundum Leges Positivas.

VI. Sexta regula est. In ordine restitutionis, servandae sunt leges civiles, & statuta Provinciae, vel Urbis; dummodo juri naturali, & divino non repugnent...

VII. Primo. Creditor habens hypothecam in bonis debitoris, preferendus est creditoribus non habentibus hypothecam. Unde non solum, ut dicebamus, peccat debitor illos illi preferendo...

VIII. Secundo. Si creditores hypothecam habentes concurrant inter se, petentes restitutionem, preferendi erant, qui anteriorem hypothecam habent. Ita ex Leg. Porior, & ex L. Qui habentem...

IX. Tertio. Si creditores nullam habentes hypothecam, vel pignus, fed solam actionem personalem (dicitur a Jurisprudentibus chirographarii) inter se concurrant...

gia, ff. de Privileg. credit. & L. Si hominem, ff. de Depositi. Hinc est, quod inter hujusmodi creditores, qui in debiti exactione praevenerint ceteros, melioris est conditio...

X. Quarto. Si concurrant plures creditores, quorum quilibet habet actionem personalem privilegiam, tunc nulla habetur ratio temporis, sed preferendus est ille, cujus debetum est magis privilegium...

XI. Petes duo. Primo: An debitor volens uni creditori aequalis juris gratificari, possit ei non petenti solvere, praetermissis aliis non minus juris habentibus?

Secundo: An non valens omnibus solvere, motus misericordiae in creditorem egentem, et non petenti solvat, aliis praetermissis? Quid dicendum ad utrumque?

XII. Respondet ad primum, debitorem non valentem omnibus aequalibus in iure satisfacere; teneri ex iustitia singulis proportionaliter distribuere; ideoque peccare contra iustitiam, si ceteris praetermissis, uno solvat...

Ad secundum, Sylvester eum excusat, si bona fide egerit, & ex pietate; & alii cum eo idem docent. Absolute tamen crediderim, non esse licitum praesere pauperem alii creditore, aequale jus habentibus...

QUESTIO II.

Quinam teneantur Restituere.

Explicata natura, necessitate, tempore, & ordine restitutionis, occurrit examinandum, quantum personae ad restitutionem obligentur: quod in praesenti quaestione praestabimus.

DUBIUM I.

De eo, qui Laesit Alterum in Bonis Animae.

S. I.

Explicantur Radices Restitutionis.

I. AD restitutionem teneri, qui alienum accepit, certum est. Verum Circa illum, qui rem alienam accepit, duo sunt consideranda (inquit S. Thom. hac q. 63. a. 6.) scilicet, ipsa res accepta, & ipsa acceptio.

Sed ipsa acceptio rei alienae potest tripliciter se habere. Quandoque enim est iniuriosa, scilicet, contra voluntatem existentis ejus, qui est rei dominus, ut patet in furto, & rapina. Et tunc tenetur ad restitutionem, non solum ratione rei, sed etiam ratione iniuriosae actionis, etiam si res apud ipsum non remaneat.



attamsi nihil inde habent: & ulterius pro injuria illata debet puniri.

Alio modo aliqui accipiunt rem alterius in utilitatem suam, absque injuria, cum voluntate scilicet ejus, cuius est res, sicut patet in mutua. Et tunc ille, qui accipit, tenetur ad restitutionem ejus, quod accipit, non solum ratione rei, sed etiam ratione accipientis, attamsi rem amiserit: tenetur enim recomponere ei, qui gratiam fecit, quod non fiet, si per hoc damnum incurras (hinc sumit S. Th. mutuum pro commodato, quod adhuc remanet commodatis; & debet servari indemne, ut commodanti restituatur, ne ex beneficio patitur damnum)

Tertio modo aliqui accipiunt rem alterius, absque injuria, non pro sua utilitate, sicut patet in deposito. Et ideo ille, qui sic accipit, in nullo tenetur ratione accipientis, quinimo accipiendo imponit obligatum: tenetur autem ratione rei. Et propter hoc si ei subtrahatur res, absque sua culpa, non tenetur ad restitutionem, sicut autem esset, si cum magna sua culpa rem depositam amitteret.

II. Ex hac S. Thomae doctrina, & etiam ex iis, quae docet a. 7. sequenti, colligunt Doctores, ex duplici radice oriri debitum restitutionis; seu duplicem esse causam, quare quis tenetur restituere: nempe rem acceptam, & injustam acceptionem. Licet alii, claritatis gratia, tres radices restitutionis assignent: nempe, ex injusta acceptione, quae solet etiam appellari restitutio ex delicto, vel damno illato; & huc spectat omnis injusta damnificatio. Secundo, ex re accepta: quando nimirum res aliena detinetur, sive bona fide, ut quando res furtiva bona fide est empti; & sic est sine peccato: sive mala fide, ut si emens rem sciat, esse furtivam. Tertio, ex contractu: si nimirum in aliquo contractu rem alienam detinet, & non solverit.

III. Licet autem tam ex injusta acceptione, quam ex re accepta oriatur debitum restitutionis; quia cum per utramque posita sit inaequalitas, tenetur ex iustitia homo, per restitutionem, iterum ponere aequalitatem: duplex tamen discernitur inter utramque. Primum, quod quodam simul concurrunt in iusta acceptione, & res accepta, ut in forte, obligant, acceperunt ad restituendum, sive res in sua specie existat, sive non. Quando vero res accepta separatur ab injusta acceptione, ut in eo, qui bona fide retinet apud se rem alienam, & qui solum ex re accepta restituere tenetur; solum ad hoc obligatur, quando eam in specie retinet: quod si illam bona fide consumpsit, vel res absque sua culpa perit, non tenetur restituere, nisi id, in quo factus est ditor. Alterum discernitur est, quod ex iusta detentione rei alienae non oritur obligatio restitutionis, nisi in mora culpabili restituendi: si enim suo tempore reddas, non restituis, sed solvis, ut in mutuo, & deposito: sed injusta acceptione oritur obligatio restituendi statim, ac oportunitas illius occurrat.

IV. Porro cum varia sint bonorum genera, quae possunt esse obnoxia restitutioni, quae S. Th. hac a. 2. q. 73. a. 3. q. 104. a. 3. q. 152. a. 2. & alibi ad tria capita reducit: Unum, quod consistit in exterioribus rebus, puta divitiis, fama, & honore; sub quibus comprehenduntur beneficia Ecclesiastica, dignitates, & officia ad Reipublicam pertinentia: alterum, quod consistit in bonis corporis, ut vite naturalis, & membrorum: tertium, quod consistit in bonis animae sive naturalibus, cuiusmodi sunt intellectus & voluntas: sive supernaturalibus, qualia sunt gratia, & virtutes: de his omnibus quaeremus in sequentibus.

S. II.

Resolutio Dubii.

V. Bonorum animae alia sunt naturalia, ut intellectus; alia acquisita, ut scientia, & artes: alia vero gratuita, ut gratia, & virtutes. De prioribus nullam censo necessariam disputationem. Sunt enim simpliciter temporalia bona; & idcirco qui hominem praesigis, ut alia via dementaret; aut per vim, vel fraudem a studio scientiarum, vel artium, ex quo magnam utilitatem, & famam sibi comparasset, aliquem divertisset: tenetur, arbitrio preudentum, damnum, sicut in aliis temporalibus, reparare. Restat ergo, ut a spiritualibus, & gratis sumamus exordium, qualis est gratia, & virtutes, quibus gratia conservatur; an scilicet ille, qui laesit proximum in spiritualibus bonis, puta, quia fuit ei causa peccandi, & consequenter, ut amitteret gratiam, & virtutes; vel suis pravis suasionibus profectum virtutis proximi impedivit, tenetur restituere. Quod cum contingere possit dupliciter: vel per vim, aut fraudem; vel absque vi, & fraude, per apertam suasionem; de utroque quaeremus hic.

VI. Dico primo. Qui vi, violentia, aut metu aliquem induxit ad peccandum, tenetur ex iustitia damnum animae illatum, quantum poterit, compensare, eum a peccato revocando. Assertio haec quantum ad eum, qui vi, aut violentia alterum ad peccandum impulit, certa est. Quia qui taliter operatus est, peccavit contra iustitiam, facit injuriam proximo suo, ejusque jus ac libertatem violavit: quare ex iustitia tenetur, eum libertati restituere, & ut a malo, ad quod eum impulit, respiciat, quantum poterit, abhorteri. Quantum vero ad eum, qui per eum induxit proximum suum ad malum, non minus certa videtur: quia hic pariter injuriosus fuit libertati proximi, eam minuendo per metum; ideoque tenetur, eam restituere, sicut ex iustitia restituere.

VII. Dico secundo. Qui, fraudem, ac dolo aliquem in peccatum, sive errorem induxit, tenetur quidem a malo eum revocare: sed an tenetur per se ex iustitia, an solum ex cha-

ritate, non adeo certum est. Prima pars est certa. Decepti enim quis forte hominem docens, non inesse culpam ubi erat: puta quemdam contractum non esse usurarium, qui tamen erat; ob quam deceptionem exercet ille talem contractum, a quo abstinuisset; & idem dic de aliis: in tali casu fallax ille homo tenetur docere veritatem, non deceptus male agat, vel ne in malo proficiatur. Pari ratione Concionator, qui aliquid in concione dixisset, quod in ruinam animarum vergeret: Haereticus, qui haereses seminaisset, tenetur recantare dicta, atque scandalum, quantum possunt, amovere. Pariter si ego quempiam induxi, ut inimicitias gerat cum inimico meo, & mei causa illas exercet; tenetur illum liberum relinquare; & monere, ut inimicitias deponat, ne firmi illi causa mali: alioquin ero causi, ob quam non solum deliquit, sed ob quam in peccato persistit: in quo saepe delinquant parentes, imbuentes filios inimicitias familiae, & odia antiqua in aliam familiam propagando.

Secunda vero pars laudatur. Videtur enim teneri ex iustitia, qui enim dolo, vel fraude crimen extorsit ab aliquo, videtur ipsi invito gratiam eripuisse, eique injuriam & iniustitiam fecisse: si enim scivisset, illud esse peccatum, illud non commisisset; ergo ex iustitia tenetur ponere aequalitatem, ipsum de deceptione edocendo, & a malo, in quod ipse auctore, ruerat, revocando. Videtur autem solum teneri ex charitate. Tum quia: peccatum illud, quo dolo proximum induxit ad malum, fuit peccatum scandalum: sed scandalum non opponitur iustitiae, sed charitati; ergo & cum tum quia: licet mentiendo, vel dolo se agendo proximum induxerit ad peccatum; hoc tamen non potuit esse absque propria voluntate, sine qua non est peccatum; ergo non fuit, iso invito, ac proinde cum injuria. Si enim quis duxit amicum in meretricis domum nescientem, ubi moraliter loquendo, erat vitandus; & de facto peccat; hoc peccatum ex fraude quidem inchoatum fuit, sed per propriam voluntatem factum consummatum: per hoc autem, quod proximum exposuit periculo cadendi; & fornicandi, peccavit quidem contra charitatem, sed non contra iustitiam. Hinc sic arguo. Nemo tenetur restitutionem ei facere, qui condonat animam: sed is, qui modo predicto fuit inductus in peccatum, postquam habet peccati notitiam, & sublata fraude consentit, & peccat, censetur condonare damnum gratiam, & peccati; & restituitur sive libertati potest per gratiam Dei a peccato refugere; ergo deceptor non tenetur plus agere, quam fraudem, & dolum auferre.

Dixi per se loquendo. Nam si ex tali fraude, vel dolo sequatur postea aliquid damnum temporale; tenetur ex iustitia ad reparationem damni: puta, si in illa domo fuisse aliquid, qui ipsum percuteret, vel spoliarer, aut aliquid aliud damnum ei contingeret; vel etiam sine dolo contractum usurarium suaderet: tenetur ex iustitia ad reparationem omnium damnorum, ex falsa suasionem secutorum.

VIII. Dico tertio. Qui absque dolo, & fraude, sola suasionem induxit aliquem ad peccandum, non tenetur ex iustitia ad aliquam restitutionem. Haec Assertio magis apparet ex dictis. Etenim sic inducens nihil absolute a proximo invito. Qui enim sciens, & advertens peccat, etiam precibus alienis succumbat, non peccat: nec amittit gratiam invitum, sed profluvius volens: peccatum enim, ut ait S. Aug. l. de vera Religione c. 24. & confirmat l. 1. Retract. cap. 13. *Uspus adeo voluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium*; ergo nihil proprie a proximo sustulit; ergo nil debet restituere.

IX. Si respondeas cum Scoto, quod licet sic inducens, non sit tota causa peccati; est tamen pars causae, & occasio: & ideo quodammodo manet restitutioni obnoxius;

Contra tamen est. Nam eadem ratione, quando ego precum importunitate aliquid extorqueo ab amico, etiam vim, & fraudem, quod mihi alias daturus non esset; teneri illi sic obtinendum, seu extortum restituere, cum sim causa partialis antecedens voluntatem illius: quod nemo dixerit. Sicut ergo nemo tenetur; qui non obtinere meam precum importunitate, amicus potest nihil dare, & non dicit; & si dedit, quia voluit dedit: ita nec tenetur in causa, qui non obtinente mea suasionem ad peccatum, poterat peccare, vel non peccare: quod si peccavit, sua voluntate peccavit. *Satis autem, & convincenti non sit injuria, neque dolo.* Ex Regul. Juris 27. in Sexto.

Contra secundo. Nemo restituere tenetur, in cuius potestate non est, ut restituat: sed non est in potestate hominis hominem laesum in anima, per peccatum, in gratiam Dei restituere: quia solus, qui peccavit, mediante auxilio Dei morientis potest se ad gratiam, a solo Deo obtinendam preparare; ergo &c.

X. Si dicas, saltem obligari ad id, quod potest; nempe, ad ipsum dehortandum, ut a peccato desistat, ad quod eum fuerat cohortatus;

Contra est. Quia esto ad hoc tenetur ex charitate, non tamen tenetur ex iustitia: quod probat. Ut enim supra dicebam, homo, qui in peccato existens non vult respicere, neque auxilium divinum petere, quo unice potest gratiam recuperare; virtualiter censetur velle in amissione gratiae persistere, & sic condonare, quod sibi ablatum est; sed nemo tenetur ex iustitia restituere ei, qui sua sponte condonat, quod sibi ablatum est, quia non censetur amplius detinere, domino invito; ergo &c. Maj. explicatur. Si enim auri pondus, quod furto sustulit, expositum, ac manifestum relinquam domino; ut quando ei placuerit, possit, sive mei, sive alterius opera capere; & iste videns illud non capiat, imo capere negligat;

gat, censetur illud tenere, nec ego tenor amplius facere: nec enim ex iustitia tenor illum admonere, vel rogare, ut capiat. Cur ergo obliget ex iustitia, eum, cui mea suasionem gratiam eripui, ad bonam mentem revocare; si, cum ipse absque opera mea possit, minime vult emendari? Alioquin teneret etiam ex iustitia, si publice peccasset, omnibus, & singulis, quos in scandalum traxit, & in ruinam adduxit, satisfacere.

Teneret tamen ex obligatione charitatis. Quia sicut tenor precepto charitatis, fratrem in peccatum lapsum, correctione fraterna a peccato retrahere; multo magis eum, cui fui occasio, & auctor peccandi: ceterum obligatio iustitiae huc non ingreditur. Exodi enim, ubi pro peccatis iniustitiae compensatio praescribitur, non legitur, ut qui ad peccandum seduxit, compenlet eum, ad iustitiam revocando. Imo v. 16. legitur quidem, quod si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dormientemque cum ea, detabit eam, & habebit eam uxorem. Et quod si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam, juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt; non tamen praescribitur, ut eam emendare a peccato curet.

S. III.

Alia Scoti Rationes in Contrarium.

XI. Objicit, praeter dicta, Scotus primo. Qui laesit aliquem in bonis temporalibus, ut auferendo ei pecuniam, vel quod simile, tenetur ex iustitia ei restituere; ergo multo magis qui laesit in bonis spiritualibus: cum hac sint praestantiora, nec auferri possint sine gravi nocimento.

Confirmat. si quis proximo propinat venenum, tenetur statim ex iustitia querere remedium; ergo multo magis qui prava suasionem propinat spirituale venenum animae, quia hoc magis nocet.

XII. Respondeo, neg. conf. Qui enim laesit aliquem in bonis temporalibus, ideo tenetur ad restitutionem; quia bona illa absolute, invito domino; neque dominus ea recuperare potest, nisi is, qui dominum fecit, restituat: qui vero laesit eum in bonis spiritualibus gratiae, & virtutum, non laesit invitum, sed consentientem. Si vim adhibuit, postquam propter illam injuriam facta est restitutio, & vis ablata; is, qui laesus fuit, potest cum Dei gratia per seipsum, hoc est, absque alterius hominis opera recuperare bona perita, agendo poenitentiam.

XIII. Ad Confirm. nego pariter conf. Nam qui venenum propinat, est causa sufficiens, & efficax damni, quod imminet; & opponitur iustitiae; quis illum, qui propinavit venenum, laesit invitum, eique fecit injuriam; & propterea tenetur ex iustitia ei succurrere. At qui suasionem venenum peccati propinavit, nil fecit contra iustitiam; quia qui venenum peccati sumpsit, non sumpsit invitus; sed consentiens. Quod si vim, vel fraudem, ac dolo adhibuerit; non fuit causa efficax damni, nempe, privationis gratiae, quae non nisi propria voluntate incurritur: unde tale damnum non advenit iustitiae, praesertim postquam de injuria vis, aut violentiae fuerit satisfactum.

XIV. Neque sequitur: gravior peccat, qui alium inducit ad peccatum; quam qui laesit eum in bonis temporalibus, aut vita corporali; ergo magis tenetur ad restitutionem. Nam primo. Obligatio restitutionis non oritur ex gravitate peccati, sed ex violatione iustitiae: qui autem laesit alium in bonis animae, violat charitatem, non iustitiam, ut diximus. Secundo. Quia quavis vis genere gravior peccatum sit, inferre nocentium animae, quam corpori; regulariter tamen, & in particulari contrarium evenit: sive quia, qui inducit aliquem ad peccandum, peccatum illius directe non intendit; sicut qui propinat venenum, directe intendit nocentium corporale: sive quia ei, qui inducitur, vel etiam iam paratus ad peccandum, vel saltem non peccat, nisi volens, & consentiens: quod non evenit in eo, qui patitur nocentium in corporalibus; is enim est profluvius invitum.

XV. Sed argues secundo. Qui occiderit, aut mutilaverit hominem, est aequus volentem mutuari, aut occidi, peccaret contra iustitiam, quia Deus solus est vitae corporalis dominus; ergo si quis inducit aliquem ad peccandum, peccabit contra iustitiam, etiam alter voluntarie peccet; quia Deus est dominus gratiae hominis.

XVI. Respondeo, neg. conf. Nam Deus esto sit solus dominus gratiae, & virtutum; has tamen ponit in nostro arbitrio, & facit nos dominos donorum suorum; & ita dum illa per peccatum amittimus, non peccamus contra iustitiam, stricte talem, quia violamus dominium Dei; & ex consequenti, neque ille, cuius suasionem peccamus. At: circa vitam corporalem, & corporis membra, Deus sibi soli reservavit dominium, nobis solum concessit custodiam: ut contra iustitiam peccet, qui de eis velle in perniciem disponere: & sic etiam peccat, qui, me volente, & consentiente, me occideret, aut mutilaret sine rationabili causa. Sicut peccare, qui, etiam me consentiente, mihi auferat rem, quae sciet, me non habere, nisi custodiam.

XVII. Argues tertio. Si Praelatus, qui ex officio tenetur curare salutem subditorum, aliquos inducat ad peccatum, tenetur ex iustitia eos reducere ad poenitentiam. Item si Praedicator, vel Doctor falsam, ac perniciosam doctrinam doceat, tenetur, & adigitur ad revocandum sententiam; ergo etiam qui alium ad peccatum induxit &c.

XVIII. Respondeo, Praelatum inducentem subditum ad pec-

catum, teneri quidem ex charitate eum a peccato avertere: sicut tenetur ex officio, etiam si eum non induxisset; non tamen teneri ex iustitia. Idem dico de Doctore, vel Praedicator. Is enim tenetur quidem retrahere, quod docuit, si falsa sint, & in ruinam cedant animarum, debito charitatis, vel debito religionis, si ex mala ejus doctrina laesus fuit cultus divinus; non vero ex iustitia commutativa, per se loquendo, nisi forte ex falsa illius sententia sequatur damnum etiam temporale proximis: puta, si praedicaftet, licitas esse usuras, vel aliquid aliud, ex quo damnum temporale in Republica sequeretur.

DUBIUM II.

De eo, qui Avocat Aliquem ab Ingressu in Religionem, vel ab ea Revocat jam Professum.

S. I.

Resolutio Prioris Paris.

A. B. Ingressu in religionem removendus esse homines, senserunt Jovinianus Romae, praesens statum matrimonii statui callidus; cuius errorem sequuntur moderni haeretici, quos in Colloquio pro Celibatu refutavit: & Vigilantius in Gallia, statum divitum statui paupertatis voluntarie praesertens, vel saltem aequans. Apertius autem, temporibus S. Thom. Guilielmus de S. Amore, alicui, contra ipse scripsit Opusculum decimum septimum, retrahentem homines ab ingressu in religionem, maxime recens conversos ad fidem, & pueros: Praeposuit (inquit D. Thom. citatus cap. 1.) nullis consiliorum observantiam per religionis introitum debere assumere, nisi prius in mandatorum observantia exercitatus: per quorum dictum, & pueris, & peccatoribus, & noviter conversis ad fidem arripienti perfectionis via pracluditur. In huius erroris confutatione immorari non est praedicatoris instituti: quare Studiosum ad praedaudatum S. Thomae Opusculum percurrendum remitto. Supposito ergo, quod laudabile sit, hominem ad ingressum religionis adhortari; de eo, qui a tali ingressu retrahit, agendum est: an peccet, & qui peccat.

II. Et quidem pro certo habendum est, quod qui ex causa rationalibus retrahit ab ingressu religionis, ad nihil tenetur; imo non peccat, nec incidit in anathema, cui Tridentinum, Sess. 25. c. 18. de Regularibus, subicit, tam eos, qui coegerint ad ingressum religionis, quam eos, qui a tali ingressu impedierint: talis enim neque contra iustitiam, neque contra charitatem peccat. Causae porro rationabiles sunt: si conjugatus, consummatum matrimonio, velit religionem ingredi, uxore non consentiente. Si ea extincta idem velit, nec sit qui liberorum ex ea susceptorum curam, & educationem suscipiat: si qui retrahit, non potest esse idoneus religionis: si in loco, quem vult ingredi, non servetur regularis disciplina: si qui retrahit, ab ingressu privaretur spirituali commodum. Tandem si magna necessitas Reipublicae, vel parentum exigeret, licitum esset dehortari aliquem ab ingressu religionis: imo iam ingressu, & professu, ob hanc causam, liceret tantisper egredi. Quaesitio ergo est de eo, qui sine rationabili causa retrahit aliquem a religionis ingressu; & hoc facit, sive vi, fraude, ac dolo, aut mera suasione: an peccet, & an contra iustitiam.

III. Dico primo. Qui sine causa rationabili nudis suasionibus, absque ulla vi, fraude, dolo, vel metu impedit aliquem ab ingressu religionis, vel Novitium retrahit, antequam faciat professionem, graviter quidem peccat: nullam tamen incurrit obligationem restituendi, vel personae, vel religioni. Et quidem quod graviter peccet contra charitatem, nisi ipsum retrahit a professione, ideoque tenetur ipsum iterato ad religionem inducere, certum iudico. Quod vero non tenetur ad restitutionem, probat primo. Nam perniciosis est homini ipsam ad peccatum inducere, quod est contra legem, quam retrahere ab ingressu in religionem, vel a professione, quod solum est de consilio; ergo si ex dictis in primo casu non tenetur ad restitutionem, neque in secundo. Deinde si retrahens nulli facit injuriam. Non juveni, quem retrahit: qui eum nulla vi cohibet, neque fraude decipit; ergo relinquit eum in libera potestate religionem intrandi; quod si non intrat, voluntarie hoc facit: consentientes autem nulla sit injuria. Nec religioni: quia religio, vel non habet jus ad habendum juvenem nondum ingressum: vel si alicuique habebat, hoc erat dependens a propria voluntate, qua poterat recedere: unde si sponte recessit, nulla restat obligatio restituendi. De Novitio nondum professu eadem ratio est. Nam Novitius, habitu religioso indutus, adhuc est in libera potestate habitum dimittendi; nec religio in eum jus habet, nisi ab ejus voluntate dependens; ergo si licet ab illo persuasus, voluntarie tamen recedat, nulla apparet injuria, & proinde nulla compensandi obligatio. Nam si ego jam induto habitu unius religionis, funderem, ut aliam intraret, non ferrem debitor priori religioni, neque fierem debitor si Novitium ad seculum revocarem.

IV. Dico secundo. Qui fraude, dolo, metu, impedit volentem ingredi religionem, aut Novitium volentem profiteri, tenetur ex iustitia, primo: removere vim, & fraudem: deinde removere omnia impedimenta, quorum ipse fuit causa; & agere, ut tam Novitius, quam qui volebat ingredi, constituantur in eo statu, in quo prius erant. Cum enim vis, fraus, & metus sint contra iustitiam, ille, qui sic fuit impeditus, injuriam passus est.

V. Tenebitur insuper ad compensandum damnum datum religioni. Nam esto haec non habeat jus in eum, qui nondum



dum est ingressus, vel eam nondum professus: habet tamen jus, ne vi, aut fraude avertatur quis ab ejus ingressu, vel professione; ergo qui habentem firmum propositum eam ingrediendi, vel professi, vi, fraude, ac metu avertit, violat jus religionis, & consequenter tenetur ad restitutionem.

Confirmatur. Qui mendacis, fraudibus, violentiis impedit aliquem, ne legatur et hæretas, quam testator volebat ei legare, tenetur ad compensationem: quia licet nondum habeat jus ad illam hæreditatem, habebat tamen jus, ne ipse per vim, aut fraudem testatori illatam impediretur, ergo similiter in casu. Præterea: quamvis religio in eum, qui nondum eam est ingressus, aut professus, non habeat jus absolutum; habet tamen jus acquiritum ex ejus voluntate, qui jam est in promptu, ut eam ingrediatur, vel profiteatur; ergo qui vi, aut fraude impedit jus illud sic acquiritum, injuriam facit Monasterio. Conf. prob. Qui enim vi, fraude, aut dolo mutat propositum, non mutat voluntate; ergo læditur jus, quod habebat in ejus voluntate. Quomodo læditur jus pauperis per mendacium illius, qui impedit elemosinam, quam alter paratus erat dare; quia pauper in voluntate illius, jus ad eam adeptus erat.

VI. Non tenetur tamen ad compensationem æqualem, nec in totum. Quia bonum, quo retrahens privavit Monasterium, non est certum; sed pendens a futuro, & incerto evenit, poterat enim, vi fraude, & dolo, aut vi retrahens, sponte, & propria voluntate retrahi. Plus tamen compensare tenetur, si jam Novitium retraxit, minus vero si adhuc seculari: quia jus religionis proximis erat in illum, quam in istum.

S. II.

Resolutio posterioris Partis.

VII. Dico primo. Qui sine causa professum e religione revocat, seclusus tamen vi, fraude, & dolo, graviter quidem peccat: sed non tenetur ad ullam compensationem faciendam, nec ipsi, nec Monasterio. Quod graviter peccet, certum est. Quod non tenetur ad compensationem ipsi professo, quem seducit, probatur. Nullam enim ei facit injuriam: quia dum professus, alio suadente, religionem deserit, id voluntarie facit; neque est obligatus religioni ex iustitia, sed ex obedientia; ergo sicut professus relinquens religionem, non tenetur ex iustitia se sibi restituere, sed tantum ex obedientia: ita nec eum inducens ad religionem deserendam tenetur ex iustitia, sed ex charitate solum, apostolatam ad eam reducere.

Hinc apparet, quod nec tenetur ex iustitia compensare religionem in damnis, quæ patitur ex talis professi fuga (quantumvis aliqui contrarium opinentur). Nam ipse Religiosus non tenetur ex iustitia procurare utilitates Monasterii, neque si ab eis sponte cesset, tenetur ad restitutionem: ergo nec alias obligabitur, si ei sit causa cessandi, modo abijt fraus, metus, aut vis: quia non magis peccat contra iustitiam is, qui induxit, quam Religiosus ipse, qui sponte cessat.

Confirmatur. Si Religiosus apostataverit, tenetur quidem redire ad Monasterium; a nemine tamen censetur obligatus, ut restituat ea, quæ potuisset Monasterio sua opera acquirere; etiamsi haberet, unde posset restituere, ut si per dispensationem aliquod obtineret beneficium; ergo bona, quæ Religiosus nondum acquisivit, sed acquirere posset, non debentur religioni ex iustitia: ideoque si quis ea impedit, absque fraude, & similibus, non facit injuriam religioni, nec tenetur restituere.

VIII. Sed dices, primo. Si quis inducat servum, ut fugiat dominum, tenetur ad restitutionem servi, & damnorum, quæ domino obveniunt ex illa fuga; ergo similiter qui Religioso persuadet fugam.

Confirm. Cap. Si servus dist. 54. habetur: Si servus absente, vel nesciente domino, Episcopo tamen sciente, quod servus sit, Diaconus, aut Presbyter fuerit ordinatus; ipse in Clericali officio permanens, Episcopus eum domino duplici satisfactione compensat: si vero Episcopus eum servum nescierit, qui restitutionem perhibens, aut eum supplicaverint, similiter restitutioni tenentur obnoxii; ergo a pari &c.

IX. Respondeo, neg. conf. Diversa enim ratio de servo, aut mancipio est, ac de Monacho. Mancipium enim possidet a domino, tamquam res, seu possessio sua, in suam propriam utilitatem, & commodum, sicut possidet equus. At Monachus, & qui divino se obsequio mancipiantur, est adstrictissimi sint religionis, & obedientie voto; non tamen possidentur ut servi, sed respiciuntur ut filii a religione; non tamquam domina, sed tamquam matre, non in commodum, & utilitatem ejus, sed in ipsorum spirituale bonum. Quare servitus Religiosi libertate plena est, quæ dum abutitur habitu exiens, magis nocet sibi, quam religioni: ideoque magis propter se, ac suum bonum redire tenentur, & ex charitate erga se, ac obedientia erga religionem, quam ex iustitia.

X. Ex his ad Confirmationem patet responso. Nam dum Episcopus infeliciter, vel nolente domino, ordinat servum, facit ei injuriam: eripit enim ei invito rem suam, ideoque compensare tenetur. At qui suasionem inducit Monachum professum, ut a Monasterio fugiat, eripit filium matri: unde sicut contra iustitiam: ita nec qui Religioso similiter abducit.

XI. Dices secundo. Qui aliquem spoliat bonis, in quæ habet jus acquiritum, tenetur ea restituere: atqui religio ha-

bet jus acquiritum in operas, & luca sui religioni; ergo qui eam spoliat, tenetur &c.

Confirm. Religiosus professus est membrum religionis; ergo qui auferit ab illa Religiosum, tenetur ad restitutionem: sicut tenetur, qui membrum alicui abscindit.

XII. Respondeo, religionem non habere jus acquiritum in operas, & luca a suo Religioso sciendi, ex iustitia commutativa, sicut habet dominus super oves servas; sed ex virtute religionis: ideoque abducens professum a Monasterio, non tenetur ad restitutionem magis, quam ipse Monachus, nisi forte jam acquiritur; si forte ex consilio suo Monachus eis asportet secum: tunc enim utroque tenetur restituere. Cum enim Religiosus propria voluntate in professione abdicaverit omne dominium a se, & omne jus, ac dominium transferit in Communiter: eo ipso, quod acquirit aliquid sua diligentia, vel alio titulo ipsi advenit, illud statim efficitur proprium Communiter. Et ideo quantum ad hujusmodi res acquiritas, tenentur ad restitutionem tam ipse, quam persuaasor; si per egressum illius Conventus amittant illa bona, sive fuerit fraus, sive non.

Dixi autem de rebus jam acquisitis opera Monachi. Si enim loquamur de rebus acquirendis nova opera, & diligenter ipsius Monachi; sic neque Religiosus tenentur, si dederat a Monasterio, ex iustitia. Et ratio est: quia acquisitio illorum bonorum fundatur in opera Religiosi, quæ non erat debita religioni ex iustitia, sicut est debita domino operatio servi. Neque ipse persuaasor tenetur (si tamen sine fraude, & dolo processit) illa bona in spe futura religioni compensare.

XIII. Ad confirm. neg. conf. Magna enim est disparitas, qui enim aliquem spoliat membro naturali, inferit vim, aut personæ, si iuvita mulietur, aut saltem Republicæ, si non invita: ideoque contra iustitiam peccat. Qui vero absque vi, & fraude a Monasterio retrahit Religiosum, nullam vim inferit, nec per se proprie injuriam committit: nisi forte Monachus abducatur talis esset, ut ex ejus recessu gravia damna imminerent Communiter.

XIV. Dico secundo. Qui per vim, vel fraudem, vel metum abducit aliquem Monachum professum a religione, obligatur ad restitutionem tantæ personæ, tum religioni faciendam. Prob. Qui enim nocet alteri cum injuria, tenetur ad nocentum illud refarciendum: qui autem sic abducit professum, & ei, & religioni nocet cum injuria, eique causa proxima damnorum, & modis injuriam constitutibus; quia, & nolentem a religione separat, & nolentem religionem bonis spoliat. Et igitur modo, quo quis, si per vim, aut dolum spoliat Ecclesiam bonis ad eam verolimenter accessuris, tenentur; ad arbitrium viri prudentis eam compensare: ita in casu.

Advertendum tamen, an reuera fecerit sit damnum. Quod si Religiosus, qui sic abducitur, facile tantum consumebat, quantum acquirere; nulla damnorum restitutio religioni facienda est. Similiter si postquam restitutus est libertas, vel fraudem detexit, etiam ab eripiente monitus, nolite redire; abductor non tenetur in posterum, sed tantum pro damno, quod secutum est, fraude durante: nam in posterum non amplius est causa damni. Sic Lessius, l. 2. c. 8. Dub. 3.

XV. Dico tertio. Etiamsi quis per vim, vel fraudem a religione retrahat, aut volentem eam ingredi, aut Novitium, aut professum; non tenetur sic compensare, vel ut ipse eam ingrediatur, vel alium æque idoneum substituat: sed vi substanta, fraudeque detecta, debet ei redditum suadere: & consideratis qualitate personæ, damnorum quantitate, aliisque circumstantiis, ad arbitrium viri prudentis satisficere. Quidquid enim sit, an foret de consilio seipsum, in locum retrahit, religioni tradere, quod S. Raymondum scilicet aliqui tradunt; de precepto tamen non esse, certum est. Nam omnia jura statuunt, ingressum in religionem, & vororum solemnem professionem debere esse liberissimam; & prius sumi per annum experimentum illius, ut possit quis deliberare, an sibi placeat. Et quamvis Ecclesia saepe homines, ob delicta, in Monasterio reclusit, nunquam tamen eos ad profectum multavit: quod si ab aliquo Principe factum legitur, id proferunt tyrannice factum esse censendum est. Quomodo enim Christus non trahit ad fidem, nisi volentem trahi: ita non nisi volens ad religionem trahendus est. Unde ex nullo capite, sibi non voluntario, potest quis debitum contrahere, religionem ingrediendi.

XVI. Pro Coronide eorum, quæ hucusque dicta sunt, advertendum est: eos qui virginum, aut aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti contrahendi quoquo modo sine iusta causa impediunt, anathemati subijci a Tridentino, sess. 25. de Regularibus cap. 18. Ceterum qui de adolescentia, seu virorum impedimento censura Tridentini nihil loquitur; idcirco, qui virum a susceptione habitus, vel professione quoquo modo impedit, nulli censetur obnoxius esse. Sicut nec eidem esse obnoxius, qui adolescentem cogere ad susceptionem habitus, vel professionem emittendam; cum tamen anathemati subijciatur ab eodem Concilio ibi quicumque; cuiuscumque conditionis, vel dignitatis; si quomodocumque coegerint: aliquam virginem, vel viduam; aut aliam quamcumque mulierem invitam (preterquam in casibus in iure expressis, cap. De lapsis 16. quæst. 6. & cap. Gaudemus de Convuls. conjugat. nimirum ad agendum ibi potentiam) ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem. Erratio est: quia de viris nullam mentionem facit; quia forte supponit, viros tam frequentes, & tam facile non cogi, aurivitas in Monasteria retrahi, sicut mulieres; præsertim puellas.

DEBITION III.

De eo, qui iniuste impedit alterum a Consecutione Officii, Beneficii, vel alterius Boni.

S. I.

Causa Præmissarum.

I. Suppono debium præfens, a publico distributore distribuenda esse bona publica; & quod alter impedit proximum, ne distributor illi conferat illud bonum, sive sit officium, sive beneficium, sive quodlibet aliud. Queritur ergo: an sic impediens peccet contra iustitiam, ita ut tenetur ad restitutionem.

II. Porro: ut viam aperiatur resolutioni, suppono primo: dupliciter posse ab aliquo sperari aliquod officium, beneficium, aut aliud commodum. Primo: ita ut nullum jus habeat ad illud; sed ex sola alterius liberalitate, & voluntate effecti conferendum. Secundo: ita ut habeat jus ad illud, vel in re, vel ad rem; quia ipsi esse iustitia debetur.

III. Suppono secundo: posse aliquem ab consecutione boni sperari alium impedit, vel iniuste; quia absque iusta causa illi retrahit a consecutione talis boni: vel iuste: quia ex iusta causa illum retrahit, quia nimirum, vel indignus est, vel inhabilis.

IV. Suppono tertio: posse aliquem impediti a consecutione boni sperari; vel hortando distributorem, ne illud ei conferat, & etiam ipsum sperantem, ut a præsentatione talis officii recedat: vel dolo, fraude, minis, aut violentia impediendo, ne distributor illi conferat, vel, ne alter ad officium obtinendum se præferat.

V. Certum est, quod qui iniuste impedit aliquem a consecutione boni sperari, non tenetur ad restitutionem; si hoc fiat precibus, vel suasionem; quia indigno, qui in hoc casu impeditur, nulla sit injuria: cum nullum jus habeat ad tale officium, nec distributor iuste possit illud ei conferre. Imo etiam si eodem modo impeditur, ne beneficium conferatur digno, in concursu tamen dignioris, tum quia: contra intentionem Ecclesie est, ut Republice conferretur beneficium digno, omisso digniori. Tum quia: non violatur aliquod jus: non enim dignus jus habet, ut ei conferatur beneficium, in concursu dignioris. Si ergo aliquis, zelo honoris Dei, vel utilitatis Ecclesie, aut Republice, impedit modo dicto indignum a consecutione beneficii, ut conferatur digno; vel etiam dignum, ut conferatur digniori, iuste facit, nec ad aliquid tenetur. Sic S. Thom. hac q. 62. art. 2. ad 4. dicens: Aliquis potest impedit aliquem, ne habeat præbendam multipliciter. Uno modo iuste, puta, si intendens honorem Dei, vel utilitatem Ecclesie peccat, quod dicitur alicui persone digniori. Et tunc nullo modo tenetur ad restitutionem, vel ad aliquam compensationem faciendam.

Item dicitur, est non ex zelo honoris Dei, sed vel ex odio, aut vindicta indignum, vel minus dignum a consecutione impeditur: quia licet iste peccet contra charitatem, non tamen contra iustitiam. Nam: ut ait Bannes in hac q. 62. art. 2. Dub. 12. restituitur, sed propter damnum reveræ consecutionis ad casum contrarium habebat bonum jus ille, qui impeditur est. Quare intentio nocendi, si non sit secutum opus consecutionis iustitiam, non inducit onus restituendi: in hoc enim consideratur quo iure aliquid fiat, non quo animo. Animus enim nocendi est contra charitatem, sed non est contra iustitiam; nisi accedat opus iustitiam repugnans, quod in casu non contingeret. Ubi advertere, quod est qui malo animo aliquem impedit, iuste non operatur; ideo, non sine peccato, sumpta iustitia, ut virtus generalis est, quomodo qui sine peccato est, iustus dicitur: non tamen operatur iniuste, ideo, contra iustitiam, ut virtus specialis est; & dicit, unicuique jus suum in re tribuendum esse.

VI. Certum etiam est, quod qui non fuit causa efficiax impediendi dignorem, puta, quia collator determinatus jam erat ad illud ei non conferendum, ad nullam restitutionem tenetur: quia non fuit reuera causa efficiax talis damni. Sicut etiam certum est, quod nulli obnoxius consecutionis talis boni; impedit alium, nullam habentem spem consecutionis, id est: etiam si vi, fraude, ac dolo, sed non iuste, id egerit: quia solum secundum æstimationem spei estimatur jus; & consequenter obligatio restituendi in eo, qui impeditur. His prænotatis.

S. II.

Resolutio Prior.

VII. Dico primo. Qui impedimentum officii ponit, ne aliquid consequatur officium, seu beneficium, ad quod habet jus, vel illi ex iustitia debetur, sive hoc fiat vi, fraude, aut dolo, sive solum pro consilio, aut suasionem, vel dolo, tenetur restituere: & quidem totum, si collator jam erat iuste determinatus ad illud ei conferendum: & si compensare secundum æstimationem spei, quam habebat ad illud recipiendum, secundum prudentem arbitrium. Ita S. Thom. hac q. 62. art. 2. ad 4. ubi loquens de impediendo iniuste, & tunc inquit: si impedit, ne præbendam daret digno, consensu, quod non daret, nisi equum se servatum, quod ei daretur; tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis conditionibus personarum, & negotii secundum arbitrium sapientie, non tamen tenetur ad æquale: quia illud nondum fuerat adeptus, & potest multo aliter impediti. Si vero jam fuerat adeptus, quod alicui daretur præbendam, & aliquis propter indignitatem causam peccaret, quod non daretur, idem est, ac si jam habebat in usum: & tunc tenetur ad restitutionem æqualem, tamen secundum suam facultatem.

VIII. Probatur etiam ratione. Qui enim vi, fraude, aut dolo impedit aliquem a consecutione illius, ad quod jus aliquod, vel confirmatum habebat, vel saltem inchoatum, injuriam ei facit; non solum quia illum prius re, ad quam jus habebat, sed etiam quia violat jus, quod habebat, ne fraude, dolo, aut minis impediatur: qui vero sola suasionem, & consilio impedit, peccat etiam contra iustitiam commutativam, imo & distributivam. Quia cum collator extraque iustitia tenetur distribuere (ut dicitur) qui suasionem, aut consilio illum avertit a iusta collatione, concurrat etiam ad talem injustam negationem, quæ alius privatur iure, quod habebat ad talem rem consequendam, vel certum, vel probabile; ergo tenetur secundum qualitatem juris compensare, sive in totum, sive ex parte.

IX. Idem assero, si quis, secluso etiam dolo, minis &c. sola suasionem abducit collatorem beneficii Ecclesiastici a conferendo beneficio digniori, cui vel jam determinatus erat, aut saltem dispositus conferre. Esto enim quidam moraliter, ob infidelitatem dispensationem, & personarum acceptationem, & contra debitam intentionem Ecclesie; non tamen tenetur ad restitutionem, si certotipum conferatur non indigno; probabilitatem tamen casus, utrumque etiam ad restitutionem tenentur, vel digniori, qui privatus fuit, vel Ecclesie, quæ privata fuit illius servitio, vel utriusque. Et quidem in totum, si collator beneficii erat determinatus ad illud ei conferendum: vel secundum æstimationem sapientis, si licet collator nondum esset determinatus, probabilitate tamen erat illi collaturus. Restitutionis tamen obligatio prius afficit collatorem, deinde suasorem: quare si collator restituat, puta, conferendo ei aliud æquale beneficium; suasor ad restitutionem non obligatur. Hæc dicta sint de eo, qui impedit collatorem.

X. De eo vero, qui averteret ipsum præsentem a petendo beneficio, ut daretur minus digno, dico: quod, vel id faceret solis precibus, aut suasionem, illum hortando, ne beneficium peteret; & sic nulli obnoxius fuerit restitutioni, quia non obstante tali adhortatione, adhuc liber esset ad petendum; & si a petendo abstinere, hoc ex voluntate sui facit: violentiam autem, & contentiam nulla sit injuria. Vel id faceret, vi, aut fraude, ac dolo: & sic hoc modo averteret a petendo petitione præbendam, quam cooperat, & ad quam jus acquiritur ad restitutionem; ne iure suo utatur, & tenetur ad restitutionem: quia est non habet fructum jus ad præbendam, habet tamen jus ad eam petendam; & iniuste habet jus, ne quis eum vi, vel fraude, ac dolo ab ea petenda impedit. Eadem ratio quando duo, vel plures pro aliquo beneficio concurrunt; si unus socium suum a concursu suasionem, vel precibus a concursu dehortetur, & iuste consentiat, ad nihil tenetur. Si vero fraude utatur, puta, morem in itinere ei iniciendo; schedulam, quæ ad publicandum concursum valvis affigi solet, vel retinendo, vel ei occultando; quo fiat, ut alteri dies examinis, seu concursus non innotescat; vel etiam apud collatorem, vel examinatores eum infamando; tenentur eidem restituere, non solum famam, & honorem, sed etiam expensas ea causa factas, & beneficium illud, si verosimiliter eum fuisset habiturus, vel ad æqualitatem, vel ad prudentis viri arbitrium compensare.

S. III.

Solutio Contraria, & Sententia quam Iustitiam tenentur Collator servare in Conferendo.

XI. Objicit primo. Ipse distributor, si iniuste distribuat, & prætermisso digniore, conferat beneficium minus digno, imo etiam indigno, non tenetur ad aliquam compensationem faciendam; ergo multo minus qui eum induxit. Quia quando causa principalis alicuius iniuste actus non tenetur ad restitutionem, multo minus tenetur causa minus principalis. Antec, probatur. Qui qui sic iniuste distribuat, peccat contra iustitiam distributivam; sed qui contra iustitiam distributivam peccat, non tenetur ad restitutionem; ergo &c.

XII. Hæc obiectio tangit gravem questionem: an distributor ex eo, quod peccat contra iustitiam distributivam præfens, tenetur ad compensationem, in qua resolvenda divisi sunt Doctores. Stando tamen in superioribus dictis, nego, quod distributor, si in distributione violat solum iustitiam distributivam, tenetur ad restitutionem. Pro quo noto, quod distributor potest esse, vel absolutus dominus bonorum, quæ distribuit, vel solum minister deputatus a Communiter, vel Ecclesia, ut bona illius dispenct. Distributor ergo dispensans bona, ut dominus exercet in dispensando solum iustitiam distributivam: ideoque etiam si minus dignis distribuat, nulli restitutioni obligatus existit. Et ratio est: quia facti de suo, quod vult, neque tenetur aliud ex iustitia commutativa recte exercere officium distributivum. Exemplum fit in Rege, qui de suo patrimonio vult militibus aliquid beneficium dispensare. Tunc enim si minus dignis majora conferat; quia deficit solum iustitiam distributivam, non tenetur ad restitutionem. Id clarus patet in Deo, qui estis quia sic promittit reddidit ut cuique secundum opera sua, non desit sine fidelitate.



Itaque ac veritate absolute tamen, quia supremus Dominus est, posse majori merito gratias minus premium conferre. Verum qui bona publica dispensat tamquam minister Communis, id facit, non solum ex iustitia distributiva, sed etiam ex commutativa inter ipsum, & Communitatem: intercedit enim inter ipsum & Communitatem certa conventio, ut Communis ipsum stat, ipse autem iuste bona Communis dispenset. Quare si iniuste, scilicet, & volens in huiusmodi dispensatione se gerat, peccat nempe contra iustitiam distributivam, sed etiam contra commutativam: & sic obligatur ad compensationem, vel Communitati, vel particulari digniori, quem neglexit, non ex debito iustitiae distributivae praesertim, sed commutativae in ipsa inclusa. His statutis.

XIII. Resp. ad argum. dicitur ant. distributor &c. Si distribuat, ut minister, & etiam ex iustitia commutativa, nego ant. Si ergo distributor, qui non est dominus, inique distribuit, tenebitur ad compensationem: quia ex iustitia commutativa tenetur distribuere secundum voluntatem domini. Si enim si Eleemosynarius regis; conductus ad dispensandas eleemosynas, inique eas dispensaret; & contra voluntatem Regis; tenebatur restituere, vel arario regio, vel illis, quibus subtrahit. Tenebatur, inquam, non pure ex iustitia distributiva, sed ex commutativa. Hinc quia Principes terreni, sive laici, sive Ecclesiastici Pastores sunt veluti ministri Communitatis, & Ecclesiae: si iniuste bona publica dispensent, peccant contra iustitiam etiam commutativam, & ex hac restituere tenentur.

XIV. Quod si distributor ipse tenetur ex iustitia commutativa iuste dispensare bona communia; ita ex eadem iustitia tenetur quilibet non impedire, ne distributio recte, & iuste exerceatur: debito, inquam, ordo tum ex voluntate Communitatis, tum ex iure particularis hominis, si sit dignior, ad tale bona. Ideoque qui etiam praecisa fraude, impedire, ne daretur beneficium digniori; faceret quiddam expresse contra iustitiam distributivam, sed tamen teneretur ad restitutionem; quia virtualiter laedat iustitiam commutativam, ex qua tenetur quisque non impedire jus alteri, qui autem dignior est, jus habet ad beneficium, tum respectu distributoris, qui tenetur illud conferre digniori: tum adversus quemcumque, ne a consecratione illius impediatur. Ideoque sic consulens, & rogans distributorem, ne distributionem recte exerceat, peccat idem peccatum, quod peccat distributor, etiam contra iustitiam commutativam. Sicut qui fraudat: minuit, ne daret eleemosynam secundum voluntatem domini; tenebatur & ipse, pauperem, quem defraudavit, compensare.

XV. Haec tamen omnia intelligenda sunt de eo, qui ad beneficium acquiritur jus; vel quia collator iam erit determinatus, aut dispositus ad illud ei conferendum; vel quia in examine, vel concessu se probaverat digniorem: nam ante tale experimentum sentiant aliqui non violari iustitiam commutativam, cum nemo eorum jus stricte tale acquisierit. Quapropter si aliquis, etiam sine vi, & fraude, sed solis precibus impedit, ne beneficium conferatur cuiquam eorum, qui examini sese praesentant; & fuerint idonei reputati; vel ut dicitur ei, qui minus idoneus reputatur, sibi: tam fuerit quem collator debet contra iustitiam, & restitutionem tenetur obnoxii. Ratio autem est: quia sunt causae damni, quod Ecclesia patitur ex eo, quod non habeat beneficium dignissimum, quem poterat habere. Nam beneficia sunt principaliter instituta propter utilitatem Ecclesiae, ut docet S. Th. hac 2. 2. q. 63. a. 3. ergo illi, qui ex officio sunt dispensatores beneficiorum, tenentur ex dispensatione in Ecclesia utilitatem: sed qui, praetermissis dignioribus, assumunt minus dignos, non dispensant in utilitatem Ecclesiae; ergo si quis damni in Ecclesia inde proveniat, ad illius compensationem manent obligati, tamquam peccantes contra iustitiam commutativam, ex qua tenentur Ecclesiae providere de optimis ministris.

XVI. Sed quaes: cuiusnam tenentur restituere? Dignioribus praetermissis, an Ecclesiae?

Varie circa hoc discursant Doctores. Quidam censent, injustum collatorem teneri compensare damnum, nedum Ecclesiae, sed & ipsi dignioribus praetermissis. Alii volunt, teneri solum ad restitutionem faciendam Ecclesiae: Quia respectu illorum digniorum collator violat solum iustitiam distributivam: nec enim beneficium debentur dignioribus ex iustitia commutativa, tamquam res sua, vel illi stricto iure debita: alioquin minus dignus tenebatur ex iustitia relinquere beneficium sibi collatum, statim ac sciret, praetermissum fuisse digniorem, & collator ex iustitia tenebatur hunc illud transferre. Eo modo quo ille, qui a Iudice adjudicatus fuit fundus, qui ex iustitia debetur Petro, statim ac sciret veritatem, deberet illud tradere Petro.

XVII. Quidquid tamen sit: mihi probabilis videtur, quod si beneficium conferri debet per concursum, & ille, qui dignior iudicatus fuit, praetermittatur, ut minus digno adjudicetur; aliqua compensatio etiam digniori praetermissio fieri debet. Quoniam beneficium statum beneficia conferri per concursum, videtur ea promissio illi, qui in concursu dignior fuerit probatus; et propterea jus proximum ad illud videtur acquisivisse: Ita sentiunt Lessius, Malderus, & alii.

XVIII. Obijcies secundo. Ut proprie dicatur restitutum, necesse est, ut aliquis sit defectus a dominio, vel possessione rei suae: ut enim docet S. Th. hac 2. 2. q. 64. a. 1. restituere nihil aliud est, quam iterum aliquem statum suum posse, vel dominium rei suae: sed ille, qui impeditur a consecratione eius, quod nondum habet, puta beneficium, non est defectus a possessione, vel dominio rei suae: ergo &c.

XIX. Respondet, neg. absolute minor. Nam dignior, qui impeditur a consecratione beneficii, quod vel erat ei firmatum, vel collator erit dispositus ei conferre; vel impeditur vi, aut metu, vel fraude, ac dolo; & sic privatur iure suo, nempe libertatis, vel cognitionis veritatis, vel etiam fama, quae omnia a se possidet: & ideo qui sic impedit, tenetur ad omnia damna inde consecuta. Vel impeditur consilio, aut fustione: & sic aufertur illi, quod licet non esset suum, erat tamen in promptu, ut esset suum secundum voluntatem domini, nempe Reipublicae, vel Ecclesiae, quae vult, ut bona sua digniori dentur: Ideoque qui sic impeditur collatorem, iniuste ageret contra iustitiam distributivam, & etiam commutativam. Neque enim solus ille privatur re sua, qui exiit ex re, sed eius rei possessio, quem aliquando actu, & de facto obtinuit; sed etiam is, qui impeditur, quo minus consequatur id, quod est ei, vel promissum, vel legatum, ad quod jus habebat.

XX. Obijcies tertio. Ipsemet oppositor, qui petit beneficium simul cum aliis, quos cognoscit digniores se, illos iniuste impedit a consecratione praebendae, si sibi consecratur; & tamen si ei consecratur, ad nullam tenetur restitutionem; ergo neque, qui fuerit, ut illi consecratur.

XXI. Respondet, neg. maj. Cum enim nemo sit rectus iudex suorum meritorum, si ceteroquin se dignum iudicet, cum aliis, quos existimat digniores se, concurrat, licite operatur; quia nil aliud facit, quam proponere sua merita, ut per Iudices discutiantur; neque ipse tenetur docere electores, quod non sit dignior; sed ipsi ex officio tenentur examinare. Adde: quod saepe qui minus dignus est in oculis suis, respectu Communitatis dignior est. Quod si certus sit, alterum esse notabiliter magis idoneum, vel se indignum, graviter peccat, se offendo, & multo magis acceptando. An vero tenetur ad restitutionem ipse, an collator: si usus non fuit vi, dolo, aut fraude, collator censetur teneri, qui contra iustitiam indignum, vel minus dignum digniori praetulerit, non ipsum.

XXII. Obijcies quarto. Qui hortatu, vel consilio induceret aliquem, ne daret eleemosynam pauperi, vel ne relinqueret hereditatem, aut legatum, vel aliam liberam donationem, non tenetur ad illam restitutionem faciendam ei, quem impeditur; quia impeditur nondum erat affectus illud beneficium, sed postea affectus pendebat ex libera voluntate donatoris; sed hoc ipsum contingit in casu; ergo &c.

Respondet, neg. min. Quia gratuitum datum cum non debeat ex iustitia: ideo sic impediens, non facit injuriam impedito. At officium publicum debetur ex iustitia, etiam commutativa, ei, qui dignior est: & maxime si collator jam firmatus erat, vel dispositus illud ei conferre: unde impediens, iniuste impedit.

XXIII. Sed dices. Collator beneficii potest mutare voluntatem, quamdiu beneficium non est collatum, absque onere restituendi; ergo potest impediri, qui erat habitus, absque tali onere.

Respondet aliqui, conc. totum; si tamen is, qui impeditur, vi, fraude, aut dolo usus non fuit. Attamen coherent ad dicta dico, tam iniuste agere collatorem, qui jam dispositus conferre digniori, mutare voluntatem, & conferre minus digno; quam eum, qui ad id sciendum eum fuerit. Sicut si paratus ad non furandum, alterius consilio mutet voluntatem, ac furetur, tenetur restitutionem, ut dicitur digniori; at in hoc casu nulli iniustitia committitur; ergo &c.

XXIV. Obijcies quinto. Fraus, & dolo non potest inducere obligationem restituendi: quoniam animus impediens, bene, vel male affectus, nihil querit ad rationem injuriae, quae ex damno dato pensatur. Tum etiam: qui qui iurur fraudem, vel dolo potest impedire dignum, ut dicitur digniori; at in hoc casu nulli iniustitia committitur; ergo &c.

Respondet, fraudem, & dolum semper fecerunt trahere injuriam, & obligare ad restitutionem, vel ratione injuriae, vel ratione damni. Et sic quomodo animus bene, vel male affectus, quo quis procedit ad operandum, non semper obligat ad restitutionem; non tamen laedit a restitutione. Si ex malo animo nocumentum revera inferatur, obligat ad restitutionem. Si vero fraus, & dolo laedit praesens jus, quod alter habet, non decipitur, nec aliud nocumentum adest: relinquit saltem obligationem tollendi fraudem. Ideoque si indignum, vel minus dignum quis fraude, dolo, aut vi impeditur, ut procuraret pro digniori; etiam si tenetur pro beneficio, tenetur tamen pro fraude, & mendacio, restituere illi famam suam; aut pro vi, & minus iterato illum punire in sua libertate.

S. IV.

Resolutio Posterior, & Quaedam Consequaria.

XXV. Deo secundo. Qui impedit proximum a consecratione boni, quod nullo modo ipsi debetur erat, dolo illum impedit, tenetur secundum estimationem probabilitatis, & ipsi illum compensare: si vero id fecit solum occasione, aut praesertim, ut consilio, ne illi tale bonum conferret, ad nullam tenetur. Ratio primi est. Quia licet non habeat jus ad tale bonum; habebat tamen jus in nemo vi, fraude, aut dolo impedire beneficium, quominus impendat illi bonum, quod volebat impendere, & non dolo auferret alterius voluntatem, ex qua sola poterat bonum sperare. Ratio secundi est. Quia si collator poterat pro sua libera voluntate tale donum illi conferre, vel non; hoc ipse, quod voluntas collatoris relinquitur libera, nulla iniuria

juria irrogatur alteri, si bonum, ceteroquin indebitum, illi impeditur: cum ergo preces, suasiones &c. relinquant voluntatem collatoris plene liberam, si inde, ut non teneatur ad restitutionem, est qui sic impeditur.

XXVI. Et hoc quoque verum est, ajunt Lessius, Lugo, & alii: etiam id licet, atque de secreto tamen collator, aut iis, quorum interest, aliquod crimen occultum, sed verum; quo quis a consecratione impeditur. Jus enim est, quando de dispensatione aliqua tractatur, ut manifestentur ea, quae hominem reddunt minus idoneum; & ob id solent in similibus casibus requiri informationes occultae. Si tamen delictum occultum adeo imprudenter publicaretur, ut inde sic impeditur resoluta infamia; peccaret mortaliter, qui sic ageret, & damnum infamiae tenebatur restituere, & etiam bonum, quo alter privatur, ob laesam in justam publicationem; si tamen collator, ob infamiam, moveretur ad negandum illi tale bonum: focus si moveretur ob defectum in se, sive publicatum esset, sive non.

XXVII. His inferitur primo. Quod qui impedit implementum promissionis factae, & acceptatae, est hoc fuerit absque vi, fraude, aut dolo, tenetur ad restitutionem: quia qui promissionem factam acceptavit, jus habebat ad rem, & iniusta fuit negata, & iniuste impedita. Si vero promissio erat quidem facta, sed nondum acceptata, qui absque fraude, & dolo ejus implementum impedit, ad nil tenetur: quia ex libera promissio voluntate pendebat, cum implere, quae precibus, suasionibus, & consilio non fuit violentata.

XXVIII. Inferitur secundo. Quod qui fraude, aut dolo avertit alium, ne pauperi, qui volebat dare, eleemosynam conferat, dicendo: eum non esse pauperem, qui pauper erat; vel imponendo illi crimina, quae non habebat; tenetur ad restitutionem; focus vero si solis precibus, aut suasionibus id fecit; quia pauper nullum habebat jus; & voluntas collatoris libera manit.

XXIX. Inferitur tertio. Quod qui moribundum volenti relinquere legatum Petro, vel eum haereditate instituit, absque dolo, & fraude sinit, ut potius sibi, vel amico tale legatum, vel haereditatem relinqueret; vel, ut testamentum in alterius utilitatem factum, rescinderet; & aliud in favorem sui ederet, vel alterius, nec peccat, nec obnoxius est restitutioni. Quia in casu nullum jus supponebatur ad tale legatum, aut hereditatem, nisi in voluntate testatoris, quam poterat mutare: & qui precibus, aut consilio induit, sine fraude &c. testatorem ad voluntatem mutandum, eam omnino liberam relinquit.

Excipie tamen casum, quo quis habenti filios, aut alios jus famulans sibi conjunctos, ac egenos, suaderet, ut his omnibus sibi, vel alteri, aut etiam Ecclesiae relinqueret: is enim graviter peccaret, & forte etiam injuriam patris committeret tenebatur. Hinc celebre est S. Aug. dictum, Serm. 4. de diversis, modo Serm. 355. c. 4. *Quicumque vult, exheredat filio, haereditatem facit Ecclesiam, quae alterum, qui suscipiatur, non Augustinum, in eodem Deo proprio nuntium inveniat. Quam laudabile factum sancti & venerandi Episcopi Aurelii Carthaginensis, quomodo implevit omnibus, qui sinit, ut laudibus Dei: Quodam cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes, totasque sibi usufructu, donavit Ecclesiae. Nam sunt illi filii, & reddidit Episcopus, nec opinanti, qui illi donaverat, in potestate habebat Episcopus non reddere: sed jure fori, non jure patri. Hoc attendant Confessarii, ac Religiosi, qui presentibus suis, tunc testamenti condendi auctores, vel consiliaarii sunt.*

Hoc tamen casu excepto, vel similibus, prohibuit est dehortari testatorem a legatis faciendis Ecclesiae matricibus. Ita Clemens in Religiosis, de Privilegiis, sub interminatione maledictionis aeternae prohibuit Religiosis, ne a legatis Ecclesiae matricibus faciendis retrahant testatorem. Si tamen quis focus ageret, peccaret quidem, sed non contra iustitiam: quia illi damnum peccaret, si zelo salutis animae testatoris eum retraheret, eum querendo, ut potius, quam pia legata condant, satisfaciat iis, quibus ex iustitia, vel caritate tenetur.

XXX. Quaesit tamen primo: An si quis absque vi, & fraude quidem, sed malo tamen animo, odio, & vindicta, ut illi damnum faceret, persuaderet alteri, ut bonum indebitum alteri conferret; ad restitutionem tenetur. Certum est, qui hoc animo agit, peccare mortaliter contra charitatem: an vero peccet etiam contra iustitiam, dabitur. Communior sententia est negativa; quia iniustitia non pensatur ex animo, sed ex facto externo. In hoc autem casu est animus sit iniquus, factum tamen non est contra iustitiam: quia supponitur bonum illud, quod impeditur, non esse debitum; & consequenter qui impeditur, nullum habere jus, nisi in voluntate dantis, quam dator mutavit libere.

XXXI. Scio, in contrarium afferri S. Thom. hac 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. ubi dicit, teneri ad restitutionem illum, qui impedit: *Si incendat rias nocumentum, quem impedit propter odium, vel vindictam.* Sed S. Thomas loquitur de eo, qui habet aliquod jus ad bonum distribuendum: nam loquitur de digniori concurrente ad praebendam, quam distributor, vel erat jam determinatus illi conferre, vel probabatur illi erit conferenda. Casus autem praesens supponit, personam malo animo impeditam nullum jus habere ad rem, qua privatur; ideoque sic impediendum, peccare quidem contra charitatem, sed non contra iustitiam, nec ad ullam compensationem teneri.

XXXII. Quaesit secundo: An qui precibus, quominus bona communia ordinata ad singularem personam utilitatem, illis applicentur; teneatur ad restitutionem: Sit casus. Est distribuendum

etiam publicum inter Civis; vel centum aurei ex illo sunt erogandi in utilitatem pro qualitate meritorum: datur fundatio pie distribuenda inter plures virgines illius Urbis: se offerunt civis, vel puella habens requirita ad participandam talem distributionem, vel donationem: ut precibus obtinet, aut eum, vel eam omittat, & bonum illud, vel donationem det alteri: tenetur ne ad restitutionem?

XXXIII. Respondendum est sub distinctione. Nam vel electio illius, cui tale bonum est distribuendum, pendebat solum ex voluntate distributoris; & in hoc casu, si absque vi, & fraude impedit, vel civem particularem a consecratione honorum, ex aratio distribuendum, vel puellam a consecratione dotis; ad nullam restitutionem tenetur: quia nullum jus habebat ad donum illud, quod solum debebat Civis, aut virgini pauperi a distributore sponte eligenda.

Si vera fundatio ista pia (idem die de arario) esset distribuenda inter tales puellas hujus Familiae, vel habentes tales qualitates; & ut aliquam illarum impediens, etiam absque fraude, ac dolo, vel vi, ut detur alteri eisdem qualitates non habenti; ad compensationem tenetur, immo & ipse distributor; quia talia bona tenentur inter illas distribuere ex iustitia, nedum distributiva, sed & commutativa: cum singula habentes requirita jus habeant ad talia bona, ex voluntate testatoris. Sicut pauper supposita voluntate domini, habet jus ad eleemosynam; sic, ut si distributor eam illi non daret; tenebatur restituere.

D U R I U M I V.

De eo, qui Laici aliquem in Bonis Corporis, vel eum Occidendo, vel Mutilando.

S. I.

An tenentur ad Restitutionem Laesione Personali?

I. Duo mala considerari possunt in huiusmodi laesionibus, seu duo damna: unum personale, estque ipsa ablato vitae, seu absentio membri a persona, quae laeditur; alterum, quod consequitur ex ipsa laesione, puta, damnum filii; & eius familiae, ex eius morte; expensa facienda in curatione, lucrum cessans, damnum emergens, etiam vel praesidium. Hic quaerimus: an laesorem tenetur satisficere pro primo damno; acturi postea, an tenetur pro secundo.

II. Certum est, privatum hominem auferendo vitam, vel membrum ab alio homine, peccare contra iustitiam commutativam: quia homo habet jus, ne sibi auferatur vita, vel in aliquo corporis sui membro laedatur. Licet enim non sit dominus vitae suae, ac membrorum; est tamen dominus usus suae vitae, & membrorum: ideoque qui tali usu cum privet, gravem ei facit injuriam, & peccat contra iustitiam commutativam. Sed hic insurgit difficultas. Cum enim vita semel erepta, aut membrum semel recisum, non possit in se restituere, dubitatur: an occidens, vel mutilans, tenetur alia via ipsum ex iustitia compensare.

III. Scotus sentit, legitimam satisfactionem pro homicidio esse poenam a Iudice intelligendam. Quod si hoc non contingerit (Non enim tenetur occisor sponte se Iudici plebentum tradere) debet ipse occisor exponere se periculo mortis in bello iusto, pro Ecclesiae pace contra Infideles: quod si hoc non fuerit possibile, tenebitur Sacerdotis, & orationibus juvare animam defuncti, satisfactionem vero pro mutilatione, alius esse sciendum pecuniis. Quod autem sentiamus, sequentibus exponemus.

IV. Dico primo. Quando occisor, vel mutilator iustam a Iudice poenam laet, nulla est alia restitutio, vel compensatio facienda pro damno personali; sive in exteriori, sive in interiori satisfactione foro. Probat. Nam poena judicialis non solum imponitur, ut satisfiat Republicae, sed ut etiam proximo pro injuria illata; & ideo minus agunt Iudices cum illis reis, quibus ab adversa parte injuria est condonata.

V. Confirmatur. Si ultra poenam a Iudice iustitiam pro damno personali, alia satisfactio superesset; deberet haec a Iudice rediimari, ut per illum satisficeret etiam parti laesae: sicut quia sit per poenam solum satisfactio Republicae, non parti laesae; ultra poenam iustitiam a Iudice, obligatur etiam restituere bona, quae furatus est, & declarare, ubi fuit illa bona, ut restituantur. Cum ergo homicida, vel mutilator; etiam post poenam dimittatur, non injungatur ei obligatio ad reparandam injuriam pro laesione personali: dici debet, ad eam non teneri: quia sententia Iudicis confert jus in conscientia, sive ligando; sive absolvendo. Et ratio etiam est. Nam facta satisfactione in finit, vel equivalenti, homicida pro damno personalibus plene satisficit. An vero etiam post poenam damna realia sint compensanda, dicitur infra.

Sed quid dicendum, si occisor, vel mutilator nullam a Iudice poenam subeat? Tenebitur ne injuriam personalem in alio genere compensare? Duplex est opinio, & utraque probabilis, ac in conscientia securae: negativa, nimirum, & affirmativa, &c. Tutores tamen, & tertiore censeo affirmativam, &c.

VI. Dico secundo. Occisor aut mutilator, qui poenam a Iudice iustitiam non satisficit, tenetur ex iustitia ad aliquam satisfactionem, vel compensationem pro injuria personali. Ita sentit S. Thom. tum in 4. dist. 15. quaest. 1. art. 1. quibusdam, dicens: *Si aliquis suum ablatum, quae omnino restitui non possunt, sufficere voluntate restituendi cum satis restituitur, quantum*